



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

9 Papa Imperatorem sibi judice[m] constituere non potest, quia irrogaretur
inuria Deo, si Vicarius suus judicaretur à laico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

nos si, sed notandum, & duo illa privilegia Imperatori concessi ob frequentia schismata, quae tunc erant, & propter frequentes hostes Longobardos, & Graecos, qui Ecclesiam Romanam assidue vexabant, ut per Card. Alban. in tract. de potest. Pap. par. 2, num. 214 tom. 13, causis illis celsantibus, revocata fuerunt, ut per gloss. in dict. cap. in synodo, in ver. affici, 63, distinct. plenè Bero. in rubric. de jure patron. num. 23, & num. 24, & Bellarm. de Rom. Pontif. tom. 1, lib. 2, cap. 29, ad sext.

9 Non enim Papa + Imperatorem sibi judicem facere potest, quia irrogaretur injuria Deo, si Vicarius suus judicaretur à laico, Abb. in cap. Ecclesia S. Mariae, num. 7, & Felic. num. 5, de const.

Papa verò à solo Deo judicatur, capit. Anastasius, 19, distinct. quoniam innocentiam suam soli Deo ostendere tenetur, cap. aliorum, cap. favor subditorum, cap. id si sunt, capitul. cuncta per mundum, 9, quast. 3, & Card. Abb. in eodem tractat. de potesta. Pap. par. 1, num. 9, & 109, & hanc veram conclusionem post plures alios per ipsum citatos, novem rationibus probat, Joan. à Capist. in tractat. de auctoritat. Pap. 2, par. princip. sub num. 35, & sequ. cum in Ter- 13 ris non habeat Superiorum, nec præterea possit fieri valallus Imperatoris, aut aliquius Regis, dict. cap. cuncta per mundum, cap. licet, in fin. de elect. Clemen. ne Romani, eod. tit. Parisi. cons. 3, num. 77, & 78, volum. 4, Dec: in dict: cap. Ecclesia Sancte Ma- riae, num. 62, & 63, de constitut: Jal. in dict: l. est receptum, numer: 3, de jurisdict: omn: judic: & Navar: in cap: novit, 3, not: num: 7, de judic: tom: 3.

10 Præterea non solum Papa, sed nec clericus, etiam cum juramento, judicio laici

se submittere potest, cap: at si clericis, de-
jud: cap: si diligentii, & cap: significasti, de-
fors: compet: quia clerici privilegium for-
habent à Deo, cap: si Imperator, ubi glos.
in cap: quamquam, in verb: divino, de cens:
in 6, Innocen: in cap: 2, num: 1, de major. &
obed: Abb: in dict: cap: at si clericis, num:
25, de jud: & Oldrad: const: 83, num. 7,
& cum dictum privilegium jus publicum
tribuat, consensu privatorum juri publi-
co derogari non potest, dict. cap: si dili-
genti, & ibi Abb. num: 3, & Felic in dict: caps
Ecclesia Sancte Marie, num 6.

11 Papa est judex omnium non recognos-
centium superiorum. c. novit, ubi etiam
Abb. num. 15, & Felic. num: 4, de judic.
Et quodd d. est potestas per Adrianum, &
Leonem Regibus concessa, fuerit revo-
cata, probat tex. in cap. quia, §, verum dict.
63, distinct. & Abb: in cap: venerabilem,
num: 18, in fin: de elect: cum aliis supra de-
ductis.

12 Successores + verò debent facta, & in-
stituta prædecessorum, etiam bona, muta-
re, si ita videtur expedire, cap: quia sancta,
§, verum quia, ver. ut si nonnulli, & ibi gloss.
in verb. destruantur, 63, distinct. Quin-
imò & ipsimet Reges, + & Imperato-
res non solum Federicus secundus Im-
perator, ut si scripserunt iidem aucto-
res, sed etiam Carolus, & Ludovicus
Imperatores, & Gallorum Reges, ac et-
iam Henricus Primus, & Otho pariter
primus illi postea renunciarunt, licet
juri non suo, cap. cum Adriano, cap.
Ego Ludovicus, cap. constitutio, cap. tibi
Domino, cap. sacrorum, §. ex hu, &
gloss. in cap. in synodo; in verb. affici, ea-
dem 63, distinct. & Navare. in com. rub.
de jud. num. 70, tom. 2, qui verò juri suo

renun-

A. 3

